

+ Anno Ab (*in maiuscola*) Incarnatione domini . . . . .  
Regnum heredum et successorum Clare memorie . . . . .  
viris domino Roberto illustri Comiti Atrebateni . . . . .  
Baiulis Regni Sicilie per Santam Romanam Ecclesiam con-  
stitutis Bialiatus . . . . die eiusdem prime Inditionis apud  
Barolum. Nos frater Theobaldus humilis . . . . Regalis  
Baroli Iudicis. Alberici de fronte puplici eiusdem terre  
notarii et testium . . . . personaliter vocatorum et Ro-  
gatorum. conscientientes in predictos Iudicem notarium et  
testes. expresse . . . . ipsos nostros non esse. Astante  
nobiscum pro advoco predicto Iudice in hoc presenti  
contractu causa ecclesiastice [dignitatis. Vobis Guillelmo  
de ri]sando et ursano filio tuo Barolitanis civibus. volun-  
tarie concedimus a presenti in antea nomine et pro parte  
. . . . . vita vestra tantum. ad laborandum seminan-  
dum et usufruendum. quoddam Tenimentum terrarum no-  
strarum existentium in pertinentiis Cannarum in contrata  
que dicitur de Santo Bartholomeo quod est de demanio  
predicte Ecclesie nostre Cannensis. tam videlicet ille terre  
que sunt ex superiore parte Cripte dicte Stempaniate.  
quam ille que sunt in Inferiori parte ipsius. cum qua-  
dam Aranatella . . . . . ecclesie nostre  
Cannensis similiter existente super eadem Cripta Stem-  
paniata. que predicte terre hiis finibus circumdantur. Iuxta  
[se]mitam que venit de Cannis et vadit ad Criptam maio-  
rem et a tribus partibus Iuxta terram Episcopii Cannarum.  
que communis est Curia et quomodo descendat per val-  
lonem qui vadit ad predictam Criptam Stempaniatam et  
descendit deinde per semitam que vadit ad predictam Crip-  
tam maiorem. Ita tamen quod vos teneamini de meis dare  
et solvere nobis seu successoribus nostris Anno quolibet  
tempore messionis. Sive Seminentur vel non seminentur  
terre huiusmodi. pro terratico ipsarum ad Generale thumi-  
num. frumenti thuminis sex et ordei thuminos duos: pro-  
mictentes etiam vobis. ut eandem concessionem nostram